

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

**Henr. Ioh. Nepom. Crantz S.C.A. Maiestat. Consiliar.  
Institut. Med. Et Mater. Medic. Vindob. Profes. Pub. Ord.  
Acad. Imp. Nat. Curios. Et Societ. Botan. Flor. Sodal.  
Materiæ Medicæ Et Chirurgicæ ...**

**Crantz, Heinrich Johann Nepomuk**

**[Wien], 1765**

**III. Det. Antiputredinos.**

**urn:nbn:de:gbv:45:1-10196**

gentia digestiva mollia superponenda, ut eo facilius  
eschara secedat.

---

### III. DET. ANTIPUTREDINOS.

**S**æpe etiam ex ulcere fœtidus ichor manat, colore ni-  
gro lintea inficiuntur, instrumenta tinguntur; tum  
quæ putredini resistant, indicantur, LOUIS. Hæc ve-  
ro multum variant pro indole & natura ulceris, a cau-  
sa specifica exorti; ita in venereo semper mercurialia  
his adduntur, in scorbutico succus citri, gummi laccæ  
tinctura aluminosa, spiritus salis marini, in cancroso  
vis cicutæ cominisetur, in scrophuloſo oxymel squil-  
liticum, & alia, antiputredinosis balsamicis iunguntur.

Forma varia est.

### E X S I M P L I C I B U S.

Acetosellæ *Succus*.

Aurantiorum Acidoruim.

Citri

Lemoniorum

Acetum.

Omphacium. *Simul adstringens*.

Tartarus, acidus, & salinus.

} *Succi.*

### E X C O M P O S. O F F I C I N A L I B U S.

Acetum Rutaceum. *Simul vulnerarium*.

Theriacale. *Stimulans*.

Mel Rosatum.

Crantz M.M. T. III.

M

Oxy-



Oxymel simplex.

Squilliticum. *Incidens, stimulans.*

Oleum Terebinthinæ.

Spiritus Vini. *Coagulans.*

Campheratus.

Salis marini }  
Nitri dulcis. } *Simul caustici.*

Tincturæ

Aloes }  
Myrræ } *condientes.*

Gummi laccæ, spirituosa.

Et hæc quidem præcipua horum materies est, non tanen in omni putrido ulcere conveniens omnis, quod spiritus vini in ulceribus cerebri, cerebrum a corruptione haud præservet, QUESNAY. *Memoir. de l' Acad. de Chirurgie* T. I. bene vero oleum terebinthinæ, bal- fandum commendatoris, IDEM. adhæc in carie ossis ca- riosi tinctura Aloes sæpe alvi profluvium foscitavit. Alex. MONRO. *Society in Edimb.* Vol. V. P. I.



CLAS-

vel ex debilitate partis humores haud coercentis oriantur, exsiccantium duo generalia constituentur genera, hæc humores, illa solida corrigentia, insipillantia nempe, & adstringentia, quorum priora interno dicata usui magis, in Materia Med. T. II. dicta, hic haud repeatam, cum de unica horum divisione solum dicturus sim, de coagulantibus nempe, tum de adstringentibus. Verum quia in recenti, nimio humore perfuso, ulceræ, fæpe nec evidens fluidorum tenuitas, nec certa solidorum relaxatio criminari potest, proin operosa hac curatione opus non sit, medicamenta exsiccantia ratione effectuum in sequentes classes distribuo.

---

### I. EXSICC. BIBULA.

**H**æc indicantur I. dum nec in fluidis, nec in solidis multa labes, sed ex solo fotu extravasati, mace-ratione leniori, ancipites ulceris recentis extremitates elaterem suum amisere quodammodo, ut impulsu viribus cordis humorum non coercere amplius, nec in vasa lateralia sufficienter impellere possint.

**II.** Ubi completo bonis avibus ulceri, cicatrix inducenda, CHARMETTON.

**III.** Ubi in ossium carie incommodus ex ossium cel-lulis humoris proventus Alex. MONRO, *Society in Edimburg* T. V. P. I.

Inter hæc sunt

Plumaceola simplicia, } fumis aromaticis imbuta  
Rafa, } sicca.

Spongia præparata.

Hæc

